

**ARCHIVIO GENERALIZIO - Sezione Storica**

Chierici Regolari Somaschi

n. 148 976

Spiseczyn

Łowos, 22 epole 1969

75



SEMINARIUM PHILOLOGIAE  
HUMANISTICAE  
LEOPOLDSTRAAT 32  
LEUVEN (BELGIE)



Ex agro Louaniensi, 22 IV 1969.

Iosephus Ysewijn Ioanni Baptistae Pigato S.P.D.,

Multis de causis gavisus sum quod nuper me scripsisti; Nam et litterarum tuarum involucrum te ephebei tunc praesidem esse factum me docuit, et ipsae litterae poetam resurrexisse. Quae res mihi maximae fuerunt laetitiae.

Cur tibi diu non scripserim causa est imprimis valetudo, quae hac hieme minus prospera fuit; altera causa minus docendi, vel potius minus conveniendi. Nam ut hodie ubique terrarum nos invaluit colloquiorum habendorum "de omnibus rebus et quibusdam aliis", ita et apud nos. Studiosi etiam nostri et non pauci collegae "dialogitis" illius morbo laborant. Sic tempus terimus nil utile facientes.

Amicus noster Arnus Nurus mense decembri valde aegrotabat coxarthriti acerrimosque passus est dolores. Paulo ante festum Natale chirurgica operatione curatus est. Nuper nobiscum erat Antverpiae. Melius se habet at baculis innixus ei prudenter est gradiendum. Nunc est apud Germanos cum uxore quam post operationem duxit. Cui si scribere velis, mittas litteras ita inscriptas: postlageand (=fernpostka), Hauptbahnhof, Stuttgart, Germania.

Interim te bene valere iubeo. Salutant te et uxor et liberi et

imprimis ipse ego,